

38

FACVLTATIS JVRIDICAE
DECANVS,
HIERON. FRIDERICVS
SCHORCH, JC_{TVS},
SACRI PALATII CAESAREI COMES,
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR, ET
INSTITVTIONVM PROFESSOR PVBL.
ORDIN. NEC NON CIVITATIS
CONSVL,
L. B. S.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

FACULTATIS IURIDICAE
DECANUS
HEIRON. FREDERICAS
SCHORCH. ICas.
SACRI TALANTI CAESAREI COMES
MEMORIAE FACULTATIS ASSessor ET
INSTITUTIONAM PROTECTOR BARL.
ORDIN. NISI NON CIVITATIS
CONSUL

I. B. 2.

EPISTOLARIA
Tab. IOH. CHRISTOPHORI HERINGI
Vaf. Tabl.



Inter reliqua iura eximia, quae Principibus Electoribus ex dispositione legum publicarum competunt, haud immerito refertur, quod non solum Electoratus integri & indiuisi manere debeant, verum etiam seculares ad solum Primogenitum defuncti Electoris filium iure successionis deuoluantur.

Aur. Bull. Tit. VII. §. 2. f. 2. & Tit. XXV. §. 2. Quamuis enim hanc legis prouisionem ad caeteros quoque Principatus in Imperio Romano - Germanico pertinere nonnulli existiment; *v. GOLDAST. de Maiorat. L. 2. c. 15. RUMELIN. ad A. B. P. I. Diff. b. coroll. r. & ibi MYLER. in Addit. ratio tamen, cui potissimum Aurea Bulla c. Tit. VII. §. 2. innititur, ne scilicet inter Principum Secularium Electorum filios super iure, voce & potestate electionis futuris temporibus scandalorum & dissensionum posse materia suscitari, & sic bonum commune periculosis dilationibus impediri, conf. GOLDAST. c. Tr. L. 2. c. 3. ad reliquos Principes non quadrat, & ex obseruantia vsique Imperii constat, quod illi, qui in Ducatis suis post Auream Bullam ius Primogeniturae introduxerunt, specialem imperatoris confirmationem sibi expetierint, quâ opus non habuissent, si ius istud per legem vniuersalem in omnibus Germaniae Principatibus iam stabilitum, firmatumque fuisset, prout recte aduentunt SPRINGSFELD. de Apianag. c. 5. n. 15. Squ. ITTER. de Feud. Imper. c. 12. §. 8. VITRIAR. in J. Publ. L. 3. tit. 20. §. 39. 41. & ibi PFEFFINGER. T. IV. p. 168 sq. ubi etiam p. 177. sqq. Ducatus plures coimmemorat, in quibus post A. B. ius Primogeniturae, auctoritate Cæsarea accidente, inuestum est Sed cum plerique Electores Seculares praeter Electoratus alias quo-
que*

que ditiones, quas vel hereditario iure, vel alio titulo acquisi-
verunt, possideant: disquiri coepit, num allegata Aureae Bul-
lae dispositio ad has etiam regiones & prouincias extendenda
sit? vbi quidem negotiatam amplexi sunt BETSIVS de Statut. Paet.
& Consuetud. famil. illustr. c. 8. §. 12. & c. 9. §. 56. in s. PEEFFIN-
GER. ad Vitriar. T. III. p. 69. sgu. LVDEWIG. ad A. B. T. II. p. 473.
sq. alii. Verum enim vero de hac sententia ex caussis non leui-
bus dubitat de LVDOLF. in Tract. de Introd. Iur. Primogen. P. Spec.
apbor. X. n. 5-10. imò AVCTOR Meditat. ad Capitul. Ioseph. art. 3.
p. 71. non veretur asserere, omnes prouincias, familiae Electorali
proprias, eodem plane iure conservi, ita vt in his pariter non nisi
Primogenitus succedat, &, si filii Secundogeniti ad diuisionem
dictionum patrimonialium provocare auderent, Imperator illo-
rum petitis neutiquam deferre posset. Quam opinionem ma-
xime iuuare creditur clausula, articulo 3. Capitulationis Iosephi-
nae, & quidem vti MOSERVIS in Annot. ad Capitul. AugusTiss. Imper.
CAROLI VII. p. 2. p. 10. tradit, occasione Testamenti, a lo. Ge-
orgio I. Electore Saxoniae conditi, desiderante Legato Electro-
rali Saxonico, prima vice inserta, vi cuius Rex Romanorum
promittit, se ius Primogeniturae, in Domibus Electoralibus secularibus
constitutum, tueri, nec pati velle, vt illud illegitime, wieder die Gebühr,
refringatur, quae clausula in Capitulatione CAROLI VI. § VII.
art. 1. denuo repetita, verba tamen: wieder die Gebühr, cum par-
tim superflua, partim ita comparata esse viderentur, vt sinistris
interpretationibus anfam dare possent, omissa sunt. v. Gegenwärtige
Versaffung der Kayservl. Regirung in Teutschland p. 9. Interim
cum in nouissimis Electionis Comitiis anno M DCC XLI. à Le-
gato quodam Electorali moneretur, locum illum Capitula-
tionis paulo explicatus concipiendum esse, ita, vt Domibus Elec-
toralibus secularibus de conseruando iure Primogeniturae in
plenissimo sensu, & cum omnibus inde pendentibus effectibus,
in specie vero cum successione viuuersali non solum in Electro-
ratus, sed & in omnes reliquas regiones à familia Electorali vel
acquisitas vel in posterum acquireendas, prospiciatur: ob voto-
rum disparitatem monitum illud effectu caroit, referente MO-
SERO c. Tr. P. 3. p. 18. /q9. vt adeo tutissimum fuerit, si pacta Do-
mus & obseruantia recepta haclenus tantisper attendancur, dum
per Legem publicam quaestio illa plene planeque decisa sit.

Nec

Nec minus porro controversum est, quo usque Primogenitalis
succedendi ratio in Electoratibus vigore Aureae Bullae obti-
neat? Licet enim, quod ad defuncti Electoris filios ac descen-
dentes attinet, verba legis satis perspicua sint, solique Primoge-
nito laico & caeteroquin habili, vel, eo non extante, eius filio
Primogenito, similiter habili, successionem deferant, ita ut, fa-
tentibus omnibus Interpretibus, quo usque linea Primogeniti
existit, transitus ad aliam lineam fieri nequeat. A. B. Tit. VII. §.
2. GOLDAST. de Maiorat. L. 2. c. 4. §. 3. VITRIAR. J. Publ. L. 3.
tit. II. §. 2. in f. & ibi PFEFFING. T. III. p. 767. Squ. attamen, si
linea Primogeniti defecerit, quis tunc ex ultimo defuncti colla-
teralibus in successione Electoratus praefendens sit? disputari
solet. Et communiter quidem duos casus distingunt: Videli-
cer is, qui ex Primogeniti linea sine heredibus masculis deceperit,
vel relinquit fratris Secundogeniti praemortui filium cum fratre
Tertiogenito concurrentem, vel remotiores agnatos. In prio-
ri specie non pauci existimati, Tertiogenitum filio Secundoge-
niti antea defuncti ideo aateponendum esse, quod Aurea Bulla
c. T. VII. §. 3. expressis verbis SENIOREM FRATREM laicum tunc
ad successionem vocet, nec exempla tam in Domo Electorali
Saxonica, quam Palatina desint, vbi, excluso Secundogeniti de-
mortui filio, solius Tertiogeniti ratio habita fuerit. v. GOLDAST.
e. Tr. L. 3. c. 16. §. 17. itemque in Discurs. de Iur. repref. in Pri-
mogen. Imp. Germ. §. 27-31. MASCOV. Princip. J. Publ. L. 4. c. 2. §.
17. STRVV. Corp. J. Publ. c. 17. §. 26. At cum Senior frater in A.
B. idem sit ac sequens natu. obseruant LVDEWIGIO ad A. B. T.
I. p. 703. lit. u. & p. 716. lit. d. inde inferri non potest, quod praedictis
verbis aetati praerogativa prae linea concessa sit, praesertim
cum natura & indoles successionis linealis, quam in Electro-
ratibus receptam esse quidam ex ipsis dissentientibus non diffi-
citur, in eo consistat, ut lineam Primogeniti extincta, primus ex
linea secunda succedit, quamvis in linea teria aliquis stirpi gra-
du propinquior reperiatur. v. ev. OTTO ad Pufend. de O. H. & C.
l. 2. c. 10. §. 10. Quemadmodum enim Primogenitus ius suc-
cedendi *eventuale* in momento nativitatis consequitur: ita pari-
tatione Secundogenito ius succedendi *eventuale*, sub conditioni-
bus, si 1) pater, 2) frater natu major, & 3) eius descenden-
tes mortui fuerint, quaelitum est, quod ius ad omnes suos de-
scen-

) 3

scendentes pari ordine, conditione & praerogativa transmittit, ita ut hi praeferantur caeteris fratribus parentis sui natu minoribus, utpote ratione quorum parens ipse quoque est Primogenitus, v. COCCET. Comment. ad Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 7. §. 12. pef. 8. §. 9. Hinc prout se habet Primogenitus ad secundum, ita Secundogenitus ad Tertiogenitum; & si tota posteritate Primo- geniti excluditur Secundogenitus: eodem modo nomine Secundogeniti tota eius prosapia continetur ac per eas Tertiogenitus excluditur, optime docente LAMPAD. de Republ. Rom. Germ. P. 3. c. 4. §. 14-19. Quae omnia vberius illustrari possunt ex Aurea Bulla Saxonica tam priori, anno M CCCLVII. Rudolpho II. Electori Saxoniae data, quam posteriori, anno M CCC LXXVI. Wenceslao Duci Saxoniae a Carolo IV. Imp. concessa. v. GRIBNER. in Diff. ad Caroli IV. Bullam A. Saxon. p. 21-80. it. p. 80. sqq. nec non ex A. Bulla Sigismundi Imp. de Successione Comitis Palatini Rheni de anno M CCCC XXXIV. in Repraesent. Reip. German. p. 556. sqq. Atque hanc sententiam merito tuerunt FREHERVS in Comment. ad c. 7. A. B. in d. Repraes. p. 596. squ. & in Comment. ad Bullam Sigism. Ibid. p. 576. squ. ARNOld. ENGELBRECHT. de Success. in Elec. tb. 100. sqq. SCHÜTZ. in Colleg. J. Publ. V. I. Exerc. 7. tb. 13. & ibi lit. d. SCHILTER. Inst. J. Publ. L. 3. tit. 1. §. 6. ITTER. de Feud. Imp. c. 15. §. 7. sq. caeteri. Ad exemplum vero Wenceslai, qui, licet Rudolphi I. Electoris Saxoniae filius Tertiogenitus esset, nihilominus fratriis Secundogeniti Ottonis filio Alberto in Successione antepositus est, respondet ENGELBRECHT. c. l. tb. 119. & aliter adhuc GRIBNER. c. Diff. §. 38. p. 6. sqq. ad exempla autem ex Domo Palatina petita LVDEWIG. ad A. B. T. I. p. 710. add. ENGELBRECHT. c. l. tb. 118. Posteriori casu, si scil. defunctus Elector remotiores agnatos reliquit, aetati & proximitati gradus praerogativam tribuunt FREHERVS in d. Repraesent. p. 578. & 600. squ. (cuius proin sententiam recte retulit SCHILTER. c. l. Tom. II. tit. 19. §. 32. p. 293. fecus ac vsum LVDEWIGIO ad A. B. T. I. p. 706.) GOL- DAST. de Mator. L. 2. c. 4. §. 4. c. 5. 7. sqq. & de Iure Repraesent. in Primogen. §. 34. sqq. aliisque, quorum nomina recentent PFEFFINGER. ad Vitriar. T. III. p. 771. squ. & LVDEWIG cit. T. I. p. 706. Ex diuerso non defunt, qui etiam in hac specie ad proximitatem lineae respiciendum esse contendunt, v. PFEFF. & LVDE.

LUDEWIG. cc. II. quorum sententiam firmioribus rationibus n*on*
ti nobis persuasum est, eandemque ipso usu aliquoties publice
comprobata esse negari nequit. SCHVTZ. o. Exerc. 7. tb. 14. lit. c.
LUDEWIG. d. T. I. p. 712. Verum illustrem hanc materiam in Le-
ctione, quam vocant, *Curatoria* occasione Tit. VII. §. 3. A. B. vbe-
rius explicabit

NOBILIS ET CLARISSIMVS
IVRIVM CANDIDATVS,

DOMINVS

GEORGIVS MICHAEL HORNIVS,

KITTINGO - FRANCVS,


Qui in lucem hanc editus est die XXII. Aug. Anno MDCCXXII.
Patrem habuit GEORG. ANDREAM HORNIVM, à Reuerendissimo
ac Celsissimo Principe & Episcopo Würceburgensi Vrbi Kit-
tingensi Praefectum, matrem vero ANNAM MARIAM, natam
HAHNIN. Inferiora & Logicam Würceburgi sub manuductione
RR. PP. Soc. Jes. absoluuit. Deinde Anno MDCCXLI. ad Uni-
versitatem Bambergensem missus, Dn. Consilium Aulicum
& Professorem HAMMERVM, ius Naturae, praeceunte HEINECCIO,
explanantem, audivit. In iure Canonico praeceptorem nactus
est R. P. LEONARDVM GREENER, Soc. J. placida morte nunc ex-
tinctum. Nec minus Dn. Consiliarii Aulici & Professoris BO-
CRISII Praelectiones ad HEINECCII elementa iuris ciuilis, LAV-
TERBACHII Compendium Pandectarum; SENCKENBERGII primas li-
neas Jur. feudal. nec non MOSERI Compendium J. Publici assidue
frequentauit, eiusdemque hospitio & convictu uti sibi licuisse
depraedicat. Cumque ab hoc Viro Celeberrimo impetrasset,
vt sibi SCHEFFERI Grotium illustratum priuatissime expone-
ret, eundem porro exorauit, vt potiora principia iuris Nat.
& Gentium à GROTI tradita literis consignaret, permitte-
retque, vt quae intra priuatos parietes ex eius doctrina haui-
sat, publicè è Cathedra defenderet. Vnde praesentem Dis-
sertationem Inauguralem benevolentiae praelaudati Dn. Con-
siliarii Aulici potissimum tribuit, eandemque pro euidentissi-
mo solidae eius institutionis monumento reputat. Sub Eius-
dem Praefidio d. 26. Martii Ann. MDCCXLIII. Dissertationem
Publicam de Tutori pecuniam pupillarem in proprios usus conuerten-
te,

te, ad usuras centesimas hodie minus obligato, habuit. Tandem Ordinem nostrum adiit, & ab eo Licentiam Supremos in Vtroque Iure honores rite capessendi modeste petit. Cui laudabilis desiderio Facultas annuit, atque, praevia textuum ex Vtroque Iure resolutione, ipsoque exantlato Examine Rigoroso, per vnamnia decrevit, vt ad ulteriora Specimina Inauguralia admittendus, votique sui compos reddendus sit. Quare facturo die Martis, d. 25. Aug. a. c. in Lectione Cursoria *Aureæ Bullæ* Tit. VII. s. 3. enucleabit, eaque finita Dissertationem Inauguralem, quae

OBSERVATIONES JVRIS GENTIVM
ET JVRIS PVBLICI VNIVER-
SALIS,
AD
VIRI ILLVSTRIS
HVGONIS GROTI

LIBROS TRES
DE JVRE BELLI ET PACIS,
in se continebit, sine Praeside tuebitur. Quibus actibus solennibus ut Magnificus Vniverstatis Rector, Academiae Patres Conscripti ac ciues, in primis autem legitimae scientiae cultores frequenter interesse haud dedinguntur, officiose & humaniter rogantur, inuitantur. Publ. sub Sigillo Facult. Iurid. d. 23. Aug.
A. O. R. MDCCXLIV.





+

94 A 7372


ULB Halle
001 681 94X

3





Farbkarte #13



38

FACVLTATIS JVRIDICAE
DECANVS,
**HIERON. FRIDERICVS
SCHORCH, JC_{TVS},**
SACRI PALATII CAESAREI COMES,
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR, ET
INSTITVTIONVM PROFESSOR PVBL.
ORDIN. NEC NON CIVITATIS
CONSVL,
L. B. S.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

